



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

Luxemburgi, 1748

CLXI. Declaratur quod Ministro Generali Ordinis Sancti Francisci
Capuccinorum, & Secundariis Superioribus ab eo dependentibus, tanquam
veris & legitimis filiis ejusdem S. Francisci conveniat, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75393)

1735.

tholica Fide
fufcipienda
extereri
poffe, fi ad
ea refituen-
da compell-
lerentur.

Eis condo-
nari petit a
Pontifice.

Qui eadem
præfentibus
Poffefforibus
remittit fal-
vis jam an-
tea recupe-
ratis, & ex
quibus pie
fundationes
&c. factæ
sunt.

cupata fuerant, progreflu temporis benedicente Domino, recuperata, feu alias vindicata fuerint, dictique Caroli Principis Electoris majores, feu Progenitores Duces Neoburgenfes postmodum a Sede Apostolica ac præfentim felicis rec. Alexandro PP. VII. Prædeceffore nostro de aliquibus bonis fic recuperatis quasdam pias fundaciones, & applicationes, aliasque difpofitiones, fieri, feu approbari, nec non tam illi, quam etiam ipse Carolus Princeps Elector, nonnullorum aliorum bonorum præfatorum administrationem, quæ etiam ad præfens durat, sibi per Sedem prædictam refpectively concedi, ac tribui obtinuerint, nihilominus plura ex bonis Ecclefiafticis fupradictis adhuc extant, quæ etiamnum a dictis Acatolicis detinentur, ac fi fua, & propria forent, eorumdem vero Acatolicorum plerofque a reditu ad gremium Sanctæ Matris Ecclefie deterreat, ac moretur metus ne bona prædicta, quibus nunc potiuntur, post fui reditum hujusmodi dimittere cogantur, utpote quibus defituit, vitæ humanæ fubfidii, ac commodis, quibus diu affueverunt, exuerentur, eorumque filii, & familia congrua, ac etiam quandoque neceffaria fufentatione carentes ad inopiam, duramque egeftatem redigerentur; Idem Carolus Princeps Elector animadvertens, quod fi Acatolicis præfatis postquam ad Religionem Catholicam converfi fuerint, bona fic occupata retinere liceret, ficut non ita pridem fimilium bonorum occupatoribus in Ducatu Saxonie a nobis concessum fuit, merito sperari poffet, fore ut Acatolici prædicti tali fublato metu, feu remoto ad Orthodoxæ Fidei, & Ecclefie unitatem abjectis erroribus facilius reverterentur; nobis propterea humiliter fupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dicti Caroli Principis Electoris in Deum pietatem, & Catholicæ Religionis tuendæ, & propagandæ Studium plurimum in Domino commendantes, ejusque defiderio hac in re, quantum nobis ex alto conceditur, obsecundare cupientes, fimulque confiderantes, salutem animarum pretioſo Domini nostri Jefu Christi Sanguine redemptarum, terrenarum rerum, ceterisque humanis rationibus præcellere, ejusmodi fupplicationibus inclinati (firmis, falvisque remanentibus quibuscumque fundationibus, applicationibus, aliisque difpofitionibus de bonis fic recuperatis a Sede Apostolica, ac præfentim a memorato Alexandro Prædeceffore factis, feu approbatis, nec non administratione aliorum bonorum istiusmodi eidem Carolo Principi Electori concessa, & attributa, ut præfetur, quibus per præfentes nullatenus derogare, aut quicquam defuper immutare, vel innovare intendimus) omnia, & fingula bona Ecclefiaftica cujufvis qualitatæ, & valoris in Palatinatu inferiore, & Ducatu Neoburgensi hujusmodi confiftentia, quæ præteritorum temporum calamitate occupata, nec hucusque recuperata, & vindicata fuerunt, fed a dictis Acatolicis adhuc uti fua propria detinentur, ficut præmittitur, modernis eorum poffefforibus, feu detentoribus, qui ad Catholicam Religionem deinceps redierint, eorumque Succefforibus quibuscumque itidem Catholicis, & in finceritate Orthodoxæ Fidei perfeverantibus una cum fructibus perceptis de Apostolica potestatis plenitudine harum ferie ex fpecialis dono gratiæ remittimus, condonamus, cedimus, & relaxamus, dictisque poffefforibus, feu detentoribus, eorumque Succefforibus, ut ipfi de bonis præfatis tam inter vivos, quam ex causa mortis, aut alias quomodolibet libere difponere poffint, plenam tenore præfentium tribuimus facultatem, neque illos pro parte dictæ Sedis Apostolicæ Ecclefiarum, Monasteriorum, & locorum Piorum, aut Perfonarum Ecclefiafticarum ad quas, & quæ bona prædicta olim pertine-

bant ratione, & occasione præmiſſorum defuper anoleſtari, inquietari, aut perturbari poffe ftatuimus, & decernimus.

§. 3. Non obftantibus noſtra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Univerfalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel fpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclefiarum, Monasteriorum, & locorum Piorum hujusmodi fundacionibus, ac quibufvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciffimis, & inſolitius clauſulis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præfentium literarum exemplis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Ecclefiaftica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 13. Julii 1735. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Obſtantibus
derogat.

Dat. die 13.
Julii 1735.
An. V.

Declaratur quod Miniſtro Generali Ord. S. Franciſci Capuccinorum & Secundariis Superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. Franciſci conveniat, & competat in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ord. jam reperiuntur, erigere, inſtituere, & fundare Confraternitates.

CLXI.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolicæ ſervitutis officium, quod inſcrutabilis Sapientiæ atque Clementiæ Dei altitudo humilitati noſtræ meritis licet, & viribus longe impari committere dignata eſt, exigit, ut ad ea, quæ Chriſtifiſſelium ſub Religioſorum virorum in vinea Domini ſtrenue allaborantium directione in rebus ad pietatis, & devotionis opera, gratiaſque ſpirituales pertinentibus conducibilia eſſe noſcuntur, libenter intendamus, ficut rerum, locorum, temporum, & perſonarum qualitate mature perpenſa, ſalubriter in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Bonaventuræ a Ferraria Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut ſibi, & pro tempore exiſtentibus Miniſtro Generali, & Secundariis Superioribus ab eo dependentibus tanquam veris, & legitimis filiis ejusdem S. Franciſci conveniat, & competat in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Ordinis jam reperiuntur, erigere, inſtituere, & fundare præfatum Tertium Ordinem pro quibuscumque piis, & devotis perſonis ſæcularibus utriusque ſexus, atque hujusmodi Tertii Ordinis profeſſoribus ſcapulare, ſive habitum cum ſingulo conferre, in rebus ſpiritualibus dirigere, in tertia Regula memorati S. Franciſci obſervanda privatim, & publice eos edocere, & inſtruere, utque ipſi Tertiarii a Capuccinis recepti omnino gaudere, atque ut poſſint, & debeant omnibus, & ſingulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, & favoribus, ac prærogativis per Sedem Apostolicam Ordini Tertiariarum a quocumque Miniſtro

Procemium.

Declaratio,
de qua in ſub-
brica.

Præsentium
literarum fir-
mitas.Derogatio
contrario-
rum.Transumptis
danda fides.Dat. die 23.
Julii 1735.
An. VI.

CLXII.

Exordium.

Ferrariensis
Ecclesiæ Sta-
tus, ac digni-
tas.

Generali dependentium sub suo capite, qui unus est, idem S. Franciscus, alias concessis, vel in posterum concedendis, tenore præsentium declaramus, & statuimus.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit præfatorum Ordinum etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 23. Julii 1735. Pontificatus nostri Anno VI.

F. Card. Oliverius.

Ecclesia Ferrarien. antea Episcopalis in Archiepiscopatum erigitur.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Paterna Pontificii nobis & si insufficientibus, ex alto commissi muneris assidue cor nostrum pulsât sollicitudo, ut Universis Orbis Terrarum Ecclesiis æterna illius, qui humanæ debilitati dat vires, sic disponente bonitate Præsidentes Ecclesias ipsas præsertim Cathedrales insignes, in quibus vigil laudabilium suorum Administratorum studium statum auxit, decorem, & ornatum debitis præminentiarum, & privilegiorum decoramus titulis ut in eis sic decoratis divini cultus ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, augendamque fidelium erga eas devotionem elucescat Majestas, nec non studiis hujusmodi monumentum perpetuo eorumdem administratorum effulgeat nomini, nostrorumque Apostolici muneris, & desideriorum gratia sic benedicente Domino vigeat implementum.

§. 1. Sane cum insignis Ecclesia Ferrarien. quam Ven. Frater Noster Thomas Episcopus Prænestinensis S. R. E. Cardinalis Ruffus nuncupatus, etiam una cum sua Ecclesia Prænestina in administrationem ad sui vitam ex concessione, & dispensatione Apostolicis laudabiliter ad præsens retinet, ab antiquissimo tempore erecta fundataque Divi Georgio, & Maurelio dicata in ejus ædificiis satis ampla, satisque in eorumdem ædificiorum eleganti structura illustris existat, & in ea septem

Archipresbyteratus, videlicet post Pontificalem major, Propositura, Archidiaconatus, Primiceriatus, Custodia, Thesaurarius, & Decanatus Dignitates, necnon quatuordecim Canonicatus, totidemque inter quas Theologalis, & penitentiaria nuncupata Præbende, ac octo perpetua simplicia personalemque residentiam requirentia Beneficia Ecclesiastica Mansionariatus nuncupata perpetuo erecta, & instituta, annuisque redditibus, satis congrue dotata reperiantur, eidemque Ferrarien. Ecclesiæ, quæ cœlesti quoque locupletique sacrarum reliquiarum inibi decenter aservatarum thesauro ditata, sacrisque suppellectilibus abunde instructa dignoscitur, nedum copiosus Dignitatum, ac Canonicorum, ac Beneficiariorum Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendas, nec non Beneficia prædicta obtinentium catus; verum etiam quinquaginta Clerici, seu Presbyteri Cappellani una cum Beneficiariis prædictis unum corpus, unumque Collegium a dictis Canonicis distinctum, separatimque constituentes, decorum laudabilemque in Divinis exhibeant famulatum, ipsaque Ecclesia Ferrarien. usque ab ejus felici ortu naturalem exemptionem immediatamque suam Romano Pontifici pro tempore existenti, Sedique Apostolicæ fortita fuerit subjectionem, ac immediata subjectione hujusmodi semper magis magisque, & postquam omnis vetustiorum quamplurimum Apostolicarum concessionum id testantium documentis se. re. Innocentius Papa Secundus, etiam Prædecessor noster per suam in Concilio Lateranensi sub datum decimo Kal. Maii anno Domini millesimo centesimo trigésimo nono Pontificatus sui anno X. desuper editam & a tunc existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegio subscriptam Constitutionem, quæ incipit - *Ad hoc* - Ecclesiam Ferrarien. cum tota Parochia sua in Jure, dominio, ac privilegio S. R. E. ac Beati Petri, cujus est patrimonium, conservandam, & sub Romani Pontificis ditione, ordinatione, atque conservatione fore, & esse, Apostolica ejus auctoritate, statueret, ac hujusmodi exemptio, & immediata subjectione a re. me. Cœlestino Secundo, Lucio itidem secundo & Gregorio VIII. etiam Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, prædictique Innocentii Successoribus per alias eorum respective desuper emanatas, & a tunc pariter existentibus prædictæ S. R. E. Cardinalibus similiter respective subscriptas literas approbatæ, & in eis prædictæ Ecclesia Ferrarien. manutenta semper extiterant, & subinde ab ejusdem rec. Clemente III., Cœlestino itidem III., Innocentio IV., a quo privilegia Innocentii, Cœlestini, Lucii, Gregorii, Clementis, & Innocentii Prædecessorum prædictorum, & præsertim ut Ecclesia Ferrariensis esset semper sub Romani Pontificis, & illius Successorum ordinatione, atque consecratione approbata, & confirmata fuerant, ac deinde validius ab Eugenio IV. per diversas ejus literas Apostolicas in forma Brevis respective desuper expeditas, quæ sicut accepimus, originaliter in Archivio Episcopali Ecclesiæ Ferrariensis asservantur, nec non a piæ me. Nicolao V. sibi concessis gavisa fuerit, eisque sic gaudens a reliquis pro tempore existentibus, & præsertim ab Alexandro VIII., Innocentio XII., & Clemente XI. pariter Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris in eorum respective literis Apostolicis super ejusdem Ecclesiæ Ferrarien. pro tempore facta provisione expeditis, & debite executioni demandatis Sedi prædictæ immediate subiecta, prout semper extiterat, semper enunciata fuerit, & nuper videlicet de anno ejusdem Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto orta super ejusdem Ecclesiæ Ferrarien. Sedi prædictæ immediata subjectione hujusmodi quæstionis materia, eaque ad Concilium Romanum sub eodem Benedicto Prædecessore tunc habitum delata, ab eodem Concilio, cui & nos Cardinalatus honore

Sedi Apost. semper immediate fuit subiecta ex Pontificum Rom. Decreto.

fungentes